Eadem die veniens personaliter ad Capitulum et locum solitum ecclesie et Capituli Reverendi domini Simon a Brzezini eiusdem ecclesie Cathedralis vilnensis Cantor eiusdem ventis Capituli presidens et Laurentius Wolski Custos Luceorien et Canonicus vilnensis ac eiusdem ventis Capituli procurator quatenus coram eodem Reverendo domino presidente allegavit quia omnes duos Canonicos presentes vilnensis suos confratres ad diem hodiernam ultra terminum exigentiam ad presentem horam terciarum Capitularem in certis negociis Capitularibus ardentis convocaverat et ipsi tamquam pertinaces convocati Capitulo eiusmodi interesse noluerunt prefatus ventis domini Nicolaus Horizna et Stanislaus Gorezkij contra quos, ut et tamquam pertinaces protestatus est de pena propter tales inobedientes in statuto Capitulari sanxita et contenta

Monitio

193 Die Mercurii xiiii Mensis Maij

Capitulum quatenus per Reverendos ac venerabiles dominos Simonem a Brzezini Cantorem eiusdem ventis Capituli presidentem Laurentium Wolski Luceorien Custodem Reverendi in Christo patris

et domini domini Valeriani dei gratia Episcopi Vilnensis thesaurarium
Cancrum auctoritatem officialem per qualem Vilnensem thomam Ma-
koniczkij Sacre Maiestatis Regie in magno ducatu Lithua-
niae thesauri Notarium Nicolaum Horizna in Kolthinya
et Stanislaum Goreczkij in Volpa et Poboyskie Ecclesiarum paro-
chialium Plebanos Prelatos et Canonicos eiusdem ecclesiae Cathedra-
lis in locum solitum ecclesie et Capituli ad pulsum premissum celebran-
do quanti Capitulo rebus et negotiis Capitularibus in eo tra-
ctatum Capitulo congregatos fuit tractatum et celebratum

194. Decretum dnorum de Capitulo contra vicarios eiusdem ecclesiae ac alios presbyteros eiusdem ecclesiae publicos concubinarios

Eadem die et Capitulo Rndi ac venerabilis dominus supra
attendentes et audientes multa scandala publica quae
videntes facinora ac scandala de vicariis eiusdem
ecclesiae ac aliis presbyteris vizt mansionariis et aliis
Capellanis in honeste scandalosque cum concubinis
vivens contra prohibitionem sacrorum canonum et
gerentes cum concubinis publice conversantes ac
easdem in domibus suis sacerdotalibus observantes omnes
unanimi morum consensu et conformi sententia
decreverunt eosdem vicarios ac alios omnes eiusdem
ecclesiae Cathedralis vilnensis ad Capitulum suarum dominum
vocandos et ut a talibus desinerent facinoribus
admonendos et si se a talibus facinoribus abstinere
non curaverint concubinasque in domibus suis observare
ausi fuerint tales inobedientes ac excessivos do-
mino loci ordinario defferendos et ad corrigendos
remittendos constituerunt et decreverunt presenti decreto
mediante

195. Die veneris XV. Mensis Maij 1572.

Capitulum generale per Rndos ac venerabiles dominos Simonem
a Brzezini Cantorem et presentis Capituli presidentem Laurentium
Volski Custodem Lucoricum Rndum in christo patris

et domini domini Valeriani Dei gra Epi Vilnen thesaurarium causarum andrem et officialem gnalem Vilnen thomam Makowieczky sacre Mtis Regie in hoc magno Ducatu lithuaniae thesauri Notarium Nicolaum Korizna in Kolthinia et Stanislaum Goreczky in Volpa et Poboysko Ecclesiarum parochiarum Plebanos Prelatos et Canonicos ecclesiae Cathedralis Vilnen in locum solitum ecclesiae et Capli pro celebrando gnali Capto rebusque et negociis Capularibus in eo tractandis Capte Congregatos fuit tentum et celebratum

196. Petitio et concessio lignorum Priori ecclesiae Conventualis Scti Spus Vilnen

Eadem die Capto Rndi ac ventes domini de Capto qui supra audita humili precatione Prioris ecclesiae Conventualis Scti Spus Vilnen ipsi quorundem currus lignorum de Silva Ponarem ad presens verticum iacentium omnes unanimi illorum voto dederunt et concesserunt

197. Concessio areae Capularis Honesto Jacobo Vorziechowskij ac eius uxori Honestae Margarethe ac eorundem coniugum uni puero

Eadem die et capitulo Rndi ac ventes domini qui supra augen censum communem pro refectionibus seu quotidianis distributionibus Capularibus ex domibus Capularibus in Civitate Vilnen existentibus, unam aream Capularem inter domos nras Capulares in Platea seu vico Skoponanum cupato domum olim famati Mathie Byaly Stanmarii parte ab una et domum Pauli Rudzinskij Sartoris partibus ex alta iacen et sitt in censu annuo duarum sexagenarum grossorum lithuanicalium pro festo translationis Scti Stanislai in autumno fanum singulis annis suis quavis contractione solvendarum et ad manus nri pro nris Capituli pro tempore existentis numeratarum

15. Maij 1572 Generale 61

et pandendarum Cpfatis Coniugibus ac eorum uni
puero ad tres eorundem duntaxat vitalitates dede:
runt et concesserunt ad edifficanda et construendam
in ea domum, necnon eadem domo habitam omnis ge:
neris potum propinandum et Merces quasvis in eadem ven:
dendum inquilinos fovendum ac ab eis Censum ~~pro~~ exi:
gendum et tollendum aut alias prout illorum privilegium
ad eandem Arcam datum et concessum latius obsequitur

198. Die Lune xviii Mensis Maij 1572

Capitulum generale per Rmum Rndos ac Venles dominos
Valerianum Dei gratia Epm Vilnen Malcherum Gyedroz
Custodem Simonem a Brzezini Cantorem Laurentium
Volskij Custodem Luceorien memorati Rmi domini
Valeriani Dei gratia Epi Vilnen Thesaurarium Canonicum Audi:
torem et officialem generalem Vilnen Thomam Makowiecz:
kij Sacre Mtis Regie in magno Ducatu Lithuanie The:
sauri Notarium Nicolaum Koriszna in Kolthiniani et Stani:
flaum Goreczkij in Volpa et Poboisko Ecclesiarum parochialium
Plebanos Prelatos et Canonicos Ecclesie Cathedralis Vilnensis
in locum solitum Ecclesie et Capli pro celebrando generali Capitulo
rebusque et negocijs Capitularibus in eo tractandum Capitulo Congre:
gatos fuit tentum et celebratum

199 Propositio et admonitio vicariorum acaliorum
Sacerdotum tam Mansionariorum quam Altaristarum
eiusdem Ecclesie Cathedralis Vilnen occone inho:
neste comansionis cum conculinis per Rmum in
chro prem et dominum dom Valerianum Dei gratia
Epm Vilnen facta

Eadem die et Capitulo quibus supra Rmus in chro pater
et dominus dominus Valerianus memoratus Epus
Dei gratia Vilnen qui supra in presentia suarum Rndarum

18. Maij 1572. Generale

Domum de Capitulo erat assessabat, Castus non debebat
vterius machinari fraudem nomine sue ordinarie Contra-
vinientes Mansionarios, ac alterius cuiusdam Ecclesie
Cathedralis virum grauiter & molestè id ferens pro-
posuit quomodo ipsi debili dignitatis sue & ordinis
& vocationis sue scandalosè cum mulieribus comm[orantes]
rubinis vinunt, cabz in domicilis suis obseruant & ad-
mittunt, ad quos presbyteros publicè illorum Concubi-
ne, dum venit ad sepulturam publicè, cum duobus
vel pluribus portam constituit, una aliam antiscan-
dit in illum una aliam antiripando, vidit & intuen-
tibus secularibus Regijs & ipsi domino Abbatem
vix vindicant vinum & omnino Baltyphij Sacer-
dotes Regie civitatis duos vinum Robellos, ac coadj
officialium exercitus sui dum Rems Contra eosdem
Conquirunt & eosdem vinicos offerunt, quod cedit detri-
mentum Regie dignitatis. Mobilis vel magnus dedecor
& brutalis talis, quale a suis domibz Reudis quid
vnquam Christianum exercitum audiuit & vidit
vel opportunum quisquis & Reudi de vicinis domi-
bus Regie sedis audiant cibum

Mensem singulum constituerunt et si aliquem sa-
cerdotum cum concubina invenerint et apprehende-
rint ipsum ad carcerem ordinarii remittendum
decreverunt, quod omnibus eiusdem ecclesie cathedralis
sacrificis vilnensis ad capitulum vocatis, ea omnia supra
scripta ad notitiam publicam deduxerunt et publi-
caverunt, ac eisdem cavere decreverunt puncti decre-
to mediante

200- Decretum revisorum ad bona capitularia Rzescha
quae ventus dominus Joannes Ostrowski possidet

Eadem die et capitulo Rndi domini qui supra post discus-
sum de capitulo Rmi domini Epi vilnensis supra scripti
tractatum de bonis praestimoniatibus Rzescha per ventum
dominum Joannem Ostrowski canonicum vilnensem possessis
audiens in eisdem bonis Rzescha nil boni agere
sed de die in diem deteriorari volentes ita de eisdem
plenam informationem habere ad eadem bona
Rzescha revidenda, revisores de capitulo ventus
dominos Nicolaum Korizna et Stanislaum Korezki
canonicos vilnensis suos confratres ad revisionem
bonorum praedictorum omnes unanimi morum con-
sensu et decreto deputaverunt, quibus quidem
interea in capitulo relationem facere mandaverunt
et decreverunt, qui quidem ventus domini revisores
deputati supra scripti parem mandatis suarum
domini Rndarum, ut minores hoc onus susceperunt

s. et hoc pro te gnati s.

201- Decretum privilegii super domum Hospita-
lem muratam sectae Mariae Magdalenae vil-
nen Czeschi kamien nuncupatam famato Bar-
tholomeo de Swidnicza aliutario Raychwijecz
dicto eadem die et capitulo Rndi de ventus
domini qui supra omnes unanimi morum con-
sensu et conformi sententia privilegium super domum

muratum Hospitalis Sancte Marie Magdalene Vil:
nen Czeschykamyen nuncupatam dam decreve:
runt et dare mandaverunt pnti decreto mediante

202. Die Mercurii XX Mensis Maij 1572.

Capitulum generale per Rndos ac Ventes dominos Simonem
a Brzezini Cantorem Laurentium Volskij Custodem Lucerien
Rndum in chro patris et domini domini Valeriani Deigra Epi Vil:
nen thesaurarium causarum audientem et officialem generalem
Vilnen thomam Makowieczkij Sacre Mtis Regie olim de:
functi in magno Ducatu Lithuanie thesauri Notarium Ecc
Nicolaum Korizna in Kolthiniani Stanislaum Goreczki in Volpa
et Pobeisko Ecclesiarum parochiarum Rectores Prelatos et
Canonicos Ecclie Cathedralis Vilnen in locum solitum Ecclie
et Capti pro tractatu negocijs Ecclie et Capituli ac celebrando
generali Capto Capite Congregatos fuit tentum et celebratum

203. Concessio roborum de silua Ponaren Colle:
gio iesuitarum facta

Eadem die et Capitulo veniens ad suas domos ad Capitulum
Rndus dns Stanislaus Varschevijczkij Rector Collegij Vil:
nen primum Jesuitarum cum aliquibus confrs suo eiusdem
Collegij nomine petijt pro certis roboribus ad structuram
seu edificium dicti Aptis de silua Ponaren suarum domorum
Capitulari dari et concedi et Rndi ac Ventes domini qui supra
attenta pia causa pro negocio reipublice omnes unanimi illorum
consensu voto et conformi sententia robora petita dederunt
et concesserunt tum quantum accessitaverint

204. Questio et tractatus occone arcis Strzesinen et
eius custodia

Eadem die et Capto quibus supra constituti presente subdi
ti Strzesinen questi sunt contra factorem Strzesinen Andre:
am Sulistrowskij qui ipse eos ad custodiam Strzesinen arc:
is veniens compellit et quando veniunt ipsos ad labores in con:

in consuetos compellit quare petierunt una pena sint
affligendi aut custodia aut laboribus et dum qui supra
auditis querimoniis eorum subditorum ad custodiam
oppe debitos a laboribus vero arcis custodes liberos
fecerunt

205. Constitucio de foro libero in Strzesinen oppi
do die domico celebrato 1572

Eadem die et capitulo subditi Strzesinen oppidi proposuerunt
quod fictor Strzesinen dns Andreas Sulistrowskij fictor Strze-
sinen per famulos suos hominibus propriis etiam et extraneis
ad forum cum negociis venalibus puta cum melle crudo
ac pillibus diversis venientibus iniurias magnas fa-
cit propter quod homines ad forum venire cum rebus vena-
litus non audent qua propter petierunt a suis dominis
ne id fiat iniurias quibus cives paciantur et Rndi ac ve-
nerabiles domini in presentia dicti fictoris Andree Sulistro-
wskij decreverunt ut forus sit occidentibus ad venis liber
ut quilibet sicut potest sua vendat et alter emat

206. Tractatus et questio de bonis Rzescha in quibus
nullus seruatur ordo nec pro hyeme aliquid seminatum
est, in quibus et pro presenti anno frumentorum esti-
uatur per possessorem Rndum d. Joannem Ostrow-
skij etiam nil seminatum sit

Eadem die et capitulo Rndi ac venerabiles domini qui supra
ad bona capitularia Rzescha vacantia propter dictorum
bonorum meliorem ordinem susceperunt famulum No-
bilem Albertum Saviczkij in fictorem seu pro fictore ad-
dicta bona Rzescha cui salarium de cum eo capitulari
assignaverunt vel ad quartalem, duos florenos
plonicales similiter pro victu provisionem domino Laurentio
Volskij capituli procuratori facere decreverunt, ac cura
de eisdem bonis ne vacarent facere mandaverunt

22. Maij 1572 Generale

207. Die Veneris xxii Mensis Maij

Capitulum generale per Rndos ac Ventes dominos Simonem a Brzezini Cantorem Laurentium Volsky Custodem Luccoricum Rmi in Chro pris et domini domini Valeriani Dei gra Epi Vilnen Thesaurarium Cauren audrem et officialem gnalem Vilnen Thomam Makowijecz Sacre Mtis Regie in magno ducatu Lithuaniae Thesauri Nrium Ect. Nicolaum Korczna in Kolthiniani et Stanislaum Koreczky in Volpa et Poboisko ecclesiarum parochiatum plebanos, Prelatos et Canonicos eiusdem ecclesiae Cathedralis Vilnen in loco solito ecclesiae et Capli pro celebrando gnali Capto rebusque et negotijs Capitularibus in eo tractandis Capli congregatos fuit tentum et celebratum

208. Decretum occone peccorum in Ponarij bonis Capitularibus comibus existentium Rndi domini Laurentii Volski Canci Vilnen ac Capli procuris propriorum Eadem die et Capto domini qui supra tractaverunt de peccoribus per Rndum dominum Laurentium Volsky Cauren Vilnen et eiusdem Ventis Capituli procuris in ponari bonis Capitularibus comibus habitis, decreverunt eadem peccora in predictis bonis Ponarensibus Capitularibus habitis, omnes unanimi illorum consensu iuxta taxam eiusdem Rndi domini Laurentij Volskij propriam, et ut peccora illius propria de Com ere Capitulari solvendo et pro usu Capitulari convertendo decreverunt puti decreto mediante

209. Concessio bonorum pstimonialium Vorsyze Rndo dno Stanislao Fogielveder Sacre Mtis Regie Secretario Cancro Vilnen Cancrio Plocen Ect. facta

Eadem die et Capto Rndi ac Ventes domini qui supra

proclebrem quatenus Capitulo celebrandi Congregati ex mutuis
votis et tractatibus omnibus in unum convenientibus, omnes unanimi
illorum consensu voto et communi sententia attendentes eiusdem Rndi
domini Stanislai Fogielveder eidem venti capitulo favorabilem
ac in expedientem eidem venti capitulo vilnensi curatorem postu-
lationemque sacre Mtis Regie pro eo per litteras privatas ad
capitulum hoc venti vilnensi factum, ut eo celeriorem et favora-
bliniorem in negotiis capitularibus a sua Regia Mte expe-
dientem promptiorem ac curatorem inveniri possint, eadem
bona vorsyze, tali conditione sint domini quondam tunc
erunt et possedebant vicz dominus Vierzbyzky dominus Tho-
mas Makowiezky dns Adam Pilichowsky sacre Mtis Regie
refferendarius podlaschensis ad petitionem Rndi domini
Thome Makowiezky eius nomine agentis nil derogando sta-
tuto iurato in quo hec clausula continetur, quod nullus per-
seu do- procurem prestimonium optare facultatem habet et potest, dede-
mum runt et concesserunt presenti Concessione mediante, litteras posse-
ssorias dandas fore decreverunt.

210. **Relatio ventium dominorum de bonis pre-
stimoniabus capitularibus Rzescha facta.**

Eadem die ventis domini vicz Nicolaus Koryzna
et Stanislaus Gorezky canonici vilnensis ad bo-
na prestimonialia capitularia nuncupata Rzescha, que
ventis dominus Joannes Ostrowsky canonicus vilnensis
possidet revidenda revisores deputati, Relationem
de eisdem bonis prestimonialibus facientes, deposuerunt
quod in eisdem bonis prestimonialibus Rzescha, omnia et
singula deteriora facta sunt, taberna a fundamentis
suis, de qua Census pecuniarius pro sacerdo-
te ac ministro eiusdem ecclesie in Rzescha proveniebat annis

singulis locis ille est vacuus tantum loca apparent
ubi et in quibus fornaces erant. Et Rndi de ventes
domini qui supra audita relatione ventium dominorum
reciprocorum Canonicorum Vilnen. vgt. dnorum Nicolai
Korizna et Stanislai Goreczky, Decretum contra prefatum
ventum dominum Joannem Ostrowskij occasione prestimonij Rze:
scha annihilati et in inhilum versi iam dudum lectum
non dum exequutum suspensum exequutione eiusdem re:
laxaverunt in statumque et dispositionem capitularem bo:
na predicta Rzeszcha prestimoniatia ne deteriorari et
in bonis suis minui videantur accipere procuratori capituli
~~accipere~~, Rndi domini omnes unanimi Morum Conse:
su et conformi sententia decreverunt. et omnia in eis:
dem bonis necessaria pro economia pertinentia et spectantia
facere mandaverunt

211 Decretum ex prestimonijs dnorum Canonicorum
provenien. Mel crudum et quotte pecuniarie

Eadem die et capitulo Rndi de ventes domini
qui supra ex mutuis tractatibus inter se occasione Mellis
crudi de bonis prestimoniatibus dnorum Canonicorum Vilnen.
tractatum in unum convenientes omnes unanimi Morum
Consensu voto et conformi sententia constituerunt et decreve:
ex quo alij domini Canonici Vilnen. Mel crudum de pre:
stimonijs Morum cum certis quottis pecuniarum
provenien. non dederunt, eisdem dominis Canonicis
qui dederant restituendum decreverunt presenti decreto me:
diante, et me Andrea Strzalkowskij suarum dominorum
Rndarum actorum Capitularium presentium et actus presentis Notario

212 Occasione consolationis:
[redacted]: decretum, ratione presentis generalis capituli
et festorum imminentium sacrorum Pentecosten.

Eadem die et capitulo quibus supra Rndi de ventes domini

qui sup attendens ea quia sunt pauci et ipsi sunt oneribus vel
divinis officijs tenentur ministrosque illis in divinis officijs eis mini:
strantibus proprijs expensis tractant absentes vero occasione praemisso:
rum nihil curant sed tamen bona praestimonialia occupant ac fundos
percipiunt, Qua propter, ea animadvertentes, Omnes unanimi
Morum Consensu voto et Conformi sententia, omnibus dominis
in hoc generali Capitulo existentibus et hoc idem generali Capitulum
Continuantibus ratione generalis Capituli praesentis, tres pelues Mellis
Crudi ob defectum in Capitulo parata pecuniae et alias tres
pelues, ratione sacrorum festorum proximae imminentium Pente:
costen. pro nostri sui ventis Capituli et dominis praesentibus dandas
fore decreverunt praesenti decreto mediante ac me Andrea
Strzalkowsky actorum suarum dominorum Rendarum praesentium et
actos praesentis Notario Rendo domino Laurentio Volsky.

1572.

213. Conclusio generalis Capituli in Mense Maijo celebrati

Eadem die Capitulo quibus supra sic Capitulo pro celebrando
generali Capitulo Congregati coram quibus sic Congregatis Rendus
dominus Laurentius Volsky Custos Luceorien. et Canonicus Vilnen.
suarum dominorum Rendarum Confrater et Capituli generalis pro nunc no:
mine suo accusavit Contumaciam omnium et singulorum domino:
rum fratrum Praelatorum et Canonicorum Vilnen. pro eodem
generali Capitulo legitime Citatorum et non comparentium ne:
que se pro generali Capitulo celebrando representantium. In quorum
Contumaciam et ea non obstante Petijt hic omnia et singula
acta gesta et facta, rata grata atque firma haberi et pronuntia:
ri illisque perpetuum robur ac firmitatem apponi et fratres
absentes in poena Statutaria condemnari, Et Rendi adventes
domini qui supra, omnes unanimi Morum consensu voto et
et Conformi sententia, per praesidentem, vocatum Rendum dominum

Simonem a Brzezini eiusdem Ecclesiae Cathedralis Vilnen
Cantorem suum Confratrem omnia hic acta facta et gesta decreverunt
ac sententias in presenti quanti Capitulo lata gesta et facta rata gesta
atque firma haberi decreverunt ac illis perpetuum robur
et firmitatem imposuerunt ac omnes et singulos
fratres absentes, et se pro quanti celebrando Capitulo non
repraesentantes in penis statutariis condemnaverunt in aliis
vero negotiis Capitularibus in quibus in presenti quanti Capitu-
lo: tractatum est, extra Capitulum quantum tractare promiserunt
et decreverunt presenti decreto mediante, ac me Andrea
Strzalkowski actorum Capitularium suarum dominum Rendi-
tum et actus presentis Notario

214. Die vero Mercurii XXVII Mensis Maij

Capitulum particulare per Rendos ac Ventos dominos
Simonem a Brzezini Cantorem Laurentium Volski Cu-
stodem Lucerium Rendum in Christo patris et domini domini
Valeriani Decigra Episcopi Vilnen thesaurarium Cancellarium
Andream et officiatum quantum Vilnen Thomam Mako-
wieczki Sacre Mtis Regie in magno ducatu Lithuanie
thesauri Notarium Nicolaum Korizna in Kolthynianis et Stanisla-
um Goreczki in Poboisko et Volpa Ecclesiarum parochialium plebanos
Prelatos et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Sancti Stani-
vilnen in locum seu verius domum muratam Rendi domini
Laurentii Volski Canonici Vilnen pro tractatu negotiis Ecclesiae
et Capituli ex convocatione Capituli Congregatos fuit tentum

215. Conservatio constitutionis in suo robore
Subditorum Strzesinen occasione piscaturae in
lacubus Strzeschinen in Constitutionibus ex-
pressis

Eadem die et Capitulo quo supra Iberiti Strzeschinen
contra Nobilem Andream Sulistrowski in Camienicz Vor-
sycze et Strzeschin fratrem presentem proposuerunt verbo pro-
eo quod ipse Mos non admittit ad Capturam piscium in lacu-
bus in quibus ipsi semper intromissionem iuxta Constitutio-
nem illorum per Capitulum suarum dominum illis datam et concessam

ac per olim Rndum Dominum Joannem Makowiecz subscripta
et Rndi ac ventes domini qui supra visa eiusmodi
Constitutione per subditos Strzesinen Coram suis dominis
blata et productum circa eandem conservaverunt excepto hoc
quod si aliquis ex suis dominis illic ad Strzesin exire li-
beram capturam piscium in predictis lacubus suo confratri
reservaverunt vicit primam capturam in glacie

216. Questio occone arcarum strzesinen in oppido strzeschin vacan

Eadem die et Capitulo subditi eorundem bonorum Strzesinen
proposuerunt contra eundem Nobilem andream Sulistrowskij
Fetorem Strzeschinen Camienecen et Voxsicensem Nobilem
andream Sulistrowskij proposuerunt, quod prefatus andreas
Sulistrowskij in Civitate Strzesinen multos hortos seu areas
civitatis eiusdem Civitatis Strzesinen occupavit et possidet in
quibus hortis seu areis homines extranei locarent
edificia a quibus Census suis dominis proveniret et
fetor easdem areas occupat nullus audet se in eis
locare + Ac eis, et Rndi ac ventes domini qui supra
auditis premissis mandaverunt predictos hortos fetori
deoccupare ac liberos facere, ut in eisdem homines si
voluerint liberam facultatem edificare dederunt, puti
decreto mediante, ne proventus capitularis minui vide-
tur

217. Subditi qui supra de foro strzeschinen proposuerunt et questi sunt

Eadem die et Capitulo quibus supra Coram Rndis ac
ventibus dominis quibus supra subditi oppidani oppi Capi-
tularis Strzesinen contra prefatum Nobilem andream Sulistrow-
skij proposuerunt, quomodo ipse permittit suis famulis, res
ad forum strzesinen ad vendendum adductas non sedum
forum sed iuxta Morum [illegible] res venales vi accipiunt
et quid volunt illis solvunt propter quod foros destruitur et pro-
ventus a foro qui exigitur minuitur petierunt quod a suis

et suis Dominis Rndis ne id amplius et decetero fiat
et Rndi ac Venerabiles Domini qui supra in presentia prefa-
ti Andreae Sulistrowskij decreverunt et ita observa-
re mandaverunt, ut forus Strzeszinen omnibus et
singulis voluntarius sit cuilibet ita videlicet qui ad fo-
rum Strzeszinen venerit sua ut pt vendere poterit
dimitte qui emerit, ut secundum contractum solveret
constituerunt presenti decreto mediante

218. Idem Subditi Strzeszinen occone Cu-
stodie arcis strzeschinen proposuerunt

Eadem die et capitulo quibus supra sic Capitulo pro tractatu
negotijs Capitularibus Rndi ac Venerabiles Domini qui supra
congregati coram quibus sic congregatis subditi bono-
rum Capitularium Strzeszinen contra eundem Nobilem An-
dream Sulistrowskij loci illius fictorem proposuerunt
et questi sunt, quomodo prefatus Nobilis Andreas
Sulistrowskij eosdem subditos Strzeszinen ad custodiam
arcem venientes equos pascere suos iubet et compu-
lit ubi in illa custodia et in equis pascendis ali-
quis perit ille solvere iubet et ad solvendum compellit
quare petierunt, ut uno negotio essent contenti aut
custodia arcis aut pascuis equorum Et Rndi ac
Venerabiles Domini qui supra deliberati obtulerunt se ad pre-
missa illius audire ut super hoc tractare

219. Strzeschinen subditorum occone viginti sexa-
genarum grorum lithuanicalium in supplementum
grorum quadruplicorum in illis exactorum et Capitulo
non restitutorum

Eadem die et capitulo ac dominis quibus supra subditi
Strzeschinen Capitulares contra Nobilem Andream Sulistrowskij
bonorum Capitularium Strzeszinen loci fictorem, proposuerunt quod
ipse anno preterito videlicet 1569 ut se meminisse dixe-
runt accepit ex eis in supplementum grorum quadruplico-
rum viginti sexagenas grorum lithuanicalium quas
allegaverunt non venisse ad Capitulum seu Capituli thesau-
rum allegaverunt insuper idem subditi, quod solvendum censum suis

D. Capitulum, totam pecuniam censuatam non grossis qua:
drupliciby sed lithuanicalia pecunia censum predictum
solvebant exceptis quadraginta grossis quadrupli:
cibus quos esse in illa duntaxat dixerunt quare pecie:
runt prefatum dominum Andream Sulistrowski ad restituendum
eam pecuniam in illis frustra et minus iuste ac indi:
vite receptam cogi et compelli. Ex o Nobilis Andreas
Sulistrowski per se personaliter comparens, Negavit Nar:
rata Exo subditi approbavit propositionem suam offe:
rebant se super illorum propositione iuramentum corporale
prestituros, aut ille deprehebant super illius negatione
dum ita quod obtulerunt se de eadem pecunia tractaturos
et tandem ad domos suas de Capitulo recesserunt

220. **Die veneris XXIX Mensis Maij** 1572.

Capitulum particulare per Rendos ac ventes dnos
Simonem a Brzezini Cantorem Laurentium Volskij
Custodem Luceorium Rmi in Chro pris et domini
domini Valeriani Dei gra Epi Vilnen Thesaurarium
Cantorum Andream et officialem qualem Vilnen Thomam
Makowieczkij Sacre Altis Regie in magno ducatu
Lithuanie Thesauri Norim Nicolaum Korizna Nikol:
tiniani et Stanislaum Goreczkij in Volpa et Poboijsko Ecc:
lesiarum parochialium plebanos, Prelatos et Canonicos Ecclesie Ca:
thedralis Sancti Stanislai Vilnen in locum solitum aut verius
in domum murata memorati Rendi domini Lauren:
tii Volskij Cancellarij solite mansionis sue dominis Rendi
pro tractatu negotijs Capitularibus Capte Congregatis fuit
tentum et celebratum

221. **Contra ventem dominum Joannem Ostrowski Canonicum Vilnen occone domus Cancalis in qua ad presens inhabitat mentio et decretum**

Eadem die et capitulo Rendi ac ventes domini qui supra
mentionem de domo Canonicali, lignea Vilnen, in qua

27. Maij 1572. Particulare

ad presens inhabitat venerabilis dominus Joannes Ostro-
wskij Canonicus Vilnensis suarum dominorum Reverendarum Confrat
allegaverunt, quod a certis et fidedignis hominibus intelle-
xerunt, quomodo praefatus venerabilis dominus Joannes Ostro-
wskij Canonicus Vilnensis suarum dominorum confrater domum
in qua ad presens inhabitat destruxit et de die in diem
destruit annihilat, asseres pavimenti superioris
quibus dicta domus erat, et est, per olim Reverendum in Christo
patrem dominum Georgium Albinum Juris utriusque et artium
Doctorem Dei gratia episcopum Metonensem suffraganeum et Canto-
rem Vilnensem, benefecta ac hostijs egregijs provisa
alijsque necessitatibus ornata spoliata reddidit dictumque
pavimentum, cum ceteris parafernalibus cremavit ita
quod in posterum successor suos non habebit, ubi maneret
deberet, sic in bonis praestimonialibus Rzeszha quae possi-
debat ei et in domo praedicta, omnia deteriora fecit, praeca-
veo, igitur domini qui supra, ne dicta domus adhuc
in suis edifficijs ulterius deteriorari videatur vo-
lentes de eadem relacione seipsos certiores reddi Ad revi-
sionem praedictae domus, Omnes unanimi Maximum
Consensu voto et conformi sententia, Reverendos ac venerabiles
dominos Simonem a Brzezini Cantorem eiusdem
Ecclesiae Cathedralis Vilnensis, Nicolaum Korczna et Stani-
slaum Goreczky eiusdem ecclesiae Cathedralis Vilnensis Canonicos
suos Confratres, ad dictam domum revidendam revisores de-
putaverunt, ac eandem domum revidendam decreverunt
et tandem in Capitulo relacionem feria sexta proxima
post festum Sanctissimae Trinitatis facere mandaverunt Et
Reverendus ac venerabilis domini, qui supra revisores per
suas dominationes de capitulo deputati, parentes mandatis
suarum dominorum Reverendarum obtulerunt se satisfacturos
dictorum mandatis praedictis dominis quibus supra meque

Cantore

Andrea Strzelkowski suarum dominorum Rexidarum actorum capi-
tularium presentium et actus presentis Notario

222 Querelle subditorum subditorum arcis Strzesinen

Et primo eadem die et Capitulo honestus Petrus Pawlo-
wicz Strzesinen contra Nobilem Andream Sulistrowski
eiusdem arcis Strzesinen Capitanei factorem proposuit, quomodo
praefatus Andreas Sulistrowski dum et quando dictus celebra-
vit apud praesentem suum Paulum Poponem Strzesinen nupti-
as quidam e Clientulis eiusdem Andree Sulistrowski
veniens ad illud Comminum nuptiale operat infama-
re comminas, propter quod erat ab illo comminio tamquam in pacifi-
cus expulsus, qui post expulsionem, eundem Poponem
et suum filium praefatum Petrum eius filium quasi ipsum verberasset
coram eodem factore accusatus erat, quas praefatus dominus
Andreas factor Strzesinen nulla deliberatione facta
Poponem praedictum et ipsum Petrum eius filium conquerentem
in carcerem arcis Strzesinen verberatos et percussos impo-
suerat Poponem autem in Crastino dimisit et Petrum usque
ad solutionem penae quam tunc in eo constituerat videlicet
quinque sexagenarum graecorum lithuanicalium tenuit, quam in
illo carcere sic tenuit donec illi quinque sexagenas per-
solveret, quas sexagenas et persolvit, ipse super idem Petrus Poponicz
contra eundem Nobilem Andream Sulistrowski proposuit
ipse pro quodam suo famulo fideiusserat duas sexagenas
Adamkowski
Baccalaureo tringinta gr. tres gr. quam pecuniam
usque in hunc diem non solvit nec solvere curat, petens ad solu-
tionem cogi et compelli. Exo Nobilis Andreas Sulij-
strowski per se comparens coram suis dominis negavit
narrata prout narrantur Petro offerente se probaturum
et loco probationis posuit mitram ad recognitionem bono-
rum hominum Andrea factore mitram non ponente ultra
hoc Petro offerente se iuramentum in supplementum testium
aut deferente ipsi Andrea Sulistrowski. Sulistrow-

Juramento Exo Andreas Sulistrowski fictor Strze-
sinen. neque contra ponere voluit nec Juramentum prestare
curavit et Rndi de ventis domini qui supra
Petrum circa Juramentum consanaverunt quod feria
secunda proxima prestare, terminum assignaverunt et prefixerunt

223. Propositio Zaniko occone collorii. Strzeszyn.

Eadem die et capto Honestus Zaniko subditus Capitularis
Strzesinen. contra Nobilem Andream Sulistrowski fictorem
in eisdem bonis Strzesin proposuit verbo et in scriptis
per supplicationem ex cum impignoraverat sua uxor collo-
rium de Margaritis fictum valoris octo sexagenarum
grossorum lithuanicalium uxori sue uxor sua debuit addere
pro illo collorio tres sexagenas ad quos prius dederat quinque
sexagenas dum ad prefatum Andream Sulistrowski et uxorem
eius pro reliquo, pro collorio predicto pecunie prefatus Sulistrowski
loco satisfactionis pro collorio fecit, eidem Zankoni equum
valoris trium sexagenarum vi et violenter accepit, petens ad
restitutionem collorii, et equi ac peccorum indebite sibi acceptorum,
cogi et compelli, Exo Andreas Sulistrowski fictor
per se comparens allegavit collorium tantum non valere
et domini auditis propositis et responsis Zankoni super valo-
re collorii Juramentum decreverunt et terminum feriam secunda
proxima post festum Sanctissime Trinitatis prefixerunt et assi-
gnaverunt

224. Die Lune ii Mensis Junii prestitio iuramentorum
subditorum Strzeschinen Petri Popowicz et Zan-
konis

Eadem die et capitulorum extra sed coram Venerabili domino Nico-
lao Korizna Canonico Vilnen. ac in manibus mei Notarii publici
Andreae Strzalkowski Honestus Petrus Popowicz de bo-
nis Capitularibus Strzeschino per se juxta exigentiam ter-
minum per dominos de capitulo ad prestandum Juramentum prefixi et
assignati In Contumaciam Nobilis Andree Sulistrowski

Swyex Bor, dicsati p me Andream Stzałkow sug. pstitit Juramen:
suum Corpali super quinq; sexagenis grossuly, quibus alleg.
de Canone absolutum ar ordine sidei Sportis y adducto et
Jacobo Beer Juratu sexagenario et quodiny grossum
Bor y adducto, et Bartolomeo Wigista et tunc grossum
et post eius Juramenti pstitionem domi de Capitulo to:
lutionem in domo Subscholastici Petro Roporzij Juratis et

Causidico et Coram memorato Venli domino Nicolao Ito:
tigna Canon Vilnen Hanspach Zaiko et Bonis Capitu:
laribus Stzesnio iuxta exigentiam domi exactis constituti
tibus Stzesnio iuxta exigentiam domi exactis constituti
et ad diem hodiernum pstitum Jubconservatum Nobilis de Dzec
Subscholastici pstitis Stzesnium non comparentis sug
Bor y ad dictum Stzałkowski dictati testis de suis
dictis imaginis pssionis domini nri ihu xpi, sup vasto:
et Altari ibidem ostensis gestum litis contestationis
Juramentum Corporale pstitit ys finito uniuersali pst:
tionis domi restitutionis Altaris et ejusdem dotationis
dictum domi Subscholastico Zaikoni fuit

225 **Die Veneris vii Mensis Junii**

Capitulum pactualiter y Rndis de ventis domino Simo:
ne Lutry de Bzezdzie a Bzezdzie Cantore Laurentio Wolczij Ca:
nonico Smolensi Petro in Chelmo Jacobo Vestriensi
Stzesnio Lucianen Petro in Chelmo et domino Simone Vestriensi
Decano Cpi vilnen Thesaurario Canon antiqu et ejusdem
quidem vilnen Mirslaw Leszczna et Stanislaus Lowczkij
Prelatis et Canonicis ecclie cathi de alijs vilnen in Lonny
Editum ecclie et Capli y tractatum negotijs Capitularibus
et more et Consuetudine Capli Capli Congregatis fuit
tentum et Allocatum et Hanno Makowieszkij ect.

226 **De domo vrijn Mentio et relatio** Strzeszyn Wolczyce Kamienice:

Coram dis et Capto de Rndis quibus supra
y pactualiter Capitulo celebrando Congregatis quorum
in medio Rndis dominus Laurentius Wolczkij Custos
Lucrensis et Canonicus vilnen suum dom Rndum

Capituli qualis pax, moveri questionem de bonis ca:
pitularibus Strzesino Vorsycze et Kamienyecz per Nobilem
Vrynin arenda petitis, de quo antea coram eo venti
capitulo mentionem fecerat allegavit eandem aren:
dam non propter eorundem bonorum exigendos census
et administrationem inter subditos iustitiam sed propter
eorundem bonorum a nobilibus dominis secularibus
iniurijs illatis defensam, qua dicta bona indigent
esse huiusmodi arenda utilem et necessariam occasionem
Cuius dixit se ad eundem nobilem Vrynin litteras
suas scripsisse ut eandem arendam tali conditione
herere vult non ad aliquot annos ut ipse dominus
Vrynin scripsit sed de anno in annum reservata
et salva Nihilominus quolibet anno revisione
per suas dominos Rendas de capitulo faciendam propter
iniurias aliquas, si quae per eundem Nobilem V:
rynin illate fuerint, a suis dominis de capitulo quesivit
si easdem tractas per se scriptas sue dominos Rendi pro rato
et grato herent, et si non haberent ut ipse easdem
tractas revocaret Et Rendi de ventis domini qui
supra, omnes unanimi Morum consensu voto et con:
formi sententia: tractas predictas pro rato et grato habuerunt

227. Mentio de Michalowsky Jacobo ad bona Capitaria Comitatus Kamieniecz Vor:
sycze et Strzesin Misso

Eadem die et capitulo et dominis quibus supra
Rendus dominus Laurentius Volsky Custos Luceorien
et Canonicus Vilnen de suarum dominorum Capitaliorum qualis
pax, allegavit per Nobili Jacobo Mychalowsky Factori suo
Capitaria Korzeniensi ad Strzesinen bona et alia puta Kamieniyecz
et Vorsycze misso, revidenda per Nobilem Andream Sulistro:
wsky spoliata, ut amplius iniurias ab eodem Factore Nobili
Andrea Sulistrowsky pati videantur, quinque sexa:
genas grossorum lithuanicalium dederat. Si vero etiam

sue dominis Rendi pro rato et grato habuerunt a suis dominis
Rendis quesivit Et Rendi de ventis domini qui supra
omnia et singula per prefatum Rendum dominum Laurentium
Volskij Canonicum vilnensem et eiusdem ventis Capituli sui procurato-
rem pro communi usu Capituli facta rata firma atque grata
habuerunt presentibus dominis quibus supra, nec Andre-
a Strzalkowskij actorum presentium Capitularium et actus presentis
notario

228. Cuiusdam Janko petitionis relatio

Eadem die et Capitulo quo supra Rendis de ventibus
dominis, quibus supra sic Capitulariter pro tractandis Capitula-
ribus in locum solitum ecclesie et Capituli Congregatis quorum
in parte Rendus dominus Laurentius Volskij
Canonicus vilnensis est qui supra allegavit quod quidam
Janko famulus nobilis Andrea Sulistrowskij factoris
Strzeszinensis famulus conseminavit aliquot orthos
et petijt ab eo, ut ea conseminata per se frumenta me-
tere possit quod illi nullo modo ad mittendum consentire
voluit et Rendi de ventis domini qui supra arre-
stationem frumentorum in ortis Strzeszinensis per prefatum Janko
factam et per prefatum Rendum D. Laurentium Volskij factam
ratam et gratam atque firmam habuerunt presentibus
dominis quibus supra nec Andrea Strzalkowskij
actorum Capitularium suarum dominum Rendarum presentium
et actus presentis notario

229. Relatio per Rendos duos ad bona Capla-
ria Pristimonialia Rzescha reviden. Missos facta

Eadem die et Capitulo de Rendis et ventibus dominis
quibus supra Rendi de ventis domini qui supra vocat
Nicolaus Korzijszna et Stanislaus Goreczkij Canonici vil-
nensis ad bona Capitularia Pristimonialia Rzescha reviden.
per ventum dominum Joannem Ostrowskij Canonicum vilnensem
possessa, ut dicitur desolata et in inhibitum ut de eisdem

bonis fruit versa, revisores per Rndos de Ventes
dominos deputati, relationem suis dominis Rndis
facientes deposuerunt quod in eisdem bonis praestimoni
atibus Rzeszka vel pro hyeme frumentorum et pro
estate estimatum nihil prorsus seminatum sit per dominum
Joannem Ostrowskij, sed per extraneos homines modi
cum quid vult per vicinos homines seculares de medio
vult ordei tunam unam cum dimidia Bladi tunam duas
cum dimidia tritici tunam unam, praeterea nihil, et tunc de
posuerunt, quod nihil melioratum sed in omnibus praestimo
nium praedictum deterioratum allegaverunt

230. Die Martis prima Mensis Julij 1.5.7.2.

Capitulum particulare per Rndos de Ventes dominos
Simonem a Brzezini cantorem Laurentium Volskij Luceorien
Custodem Rmi in Chro Pris et domini domini Valeriani Dei gra
Cpi vilnen thesaurarium Cantorum Andream et officialem ge:
neratum vilnen Thomam Makowieczkij Sacrae Actis Regis
in magno ducatu Lithuaniae thesauri Norim etc. Nicola:
um Korizna in Kolthiniani Stanislaum Goreczkij in Poloisko
et Volpa Ecclesiarum parochialium Rectores, Prelatos et Cancros
Ecclesiae Cathedralis vilnen in locum solitum Ecclesiae et Capti
ex convocatione domini procuratoris Capti pro tractatu negotijs
Ecclesiae et Capti Capti congregatos fuit tentum et celebratum

231. Tractatus et questio de taberna vitebleu in:
deo cuidam Jacobo Baptisato, arendata qua
Meus dominus Stanislaus Pacz Pallatinus vitebleu
vult herere in arendam

Eadem die et capitulo Rndi de Ventes domini qui supra
sic Capti pro celebrando particulari Capto ex convocatione in
locum solitum Ecclesiae et Capituli congregati vocatis ad se ad Captum
vicarijs eiusdem Ecclesiae perpetuis ad eandem Ecclesiam vitebleu
et eiusdem medios fructus interesse habentes de taberna vite
bleu quam cuidam iudeo baptisato iam ab anno arendaverunt
quam tabernam vitebleu Mcus dominus Stanislaus Pacz Pa
latinus vitebleu iterum quemadmodum prius in arenda ea

dem habuit, nunc in eandem arendam habere vult cum quo
domini qui supra de Capitulo consilium a predictis vicariis occasione
dicte arendi facere deberent petierunt et prefati vicarii
ad Capitulum vocati et coram suis dominis Rendis in Capitulo com-
parentes vigt venerandi domini nomine omnes Jacobus Mlyn-
sky vicedecanus et Mathias Chmielowsky per alios vica-
rios deputati, qui quidem omnia necessaria occasione dicte
taberne vitebleum faciendi et tractandi cum prefato Mco dno
Palatino vitebleum facultatem tam dominis Prelatis quam
Canonicis plenariam dederunt et concesserunt promittentes ea
omnia quicquid prefati Rendi domini fecerint tractaverint
et concluserint pro ratho et gto habere et tenere promiserunt
presentibus dominis quibus supra meque andrea Strzalkowsky
actorum suarum dominorum Rendarum presentium et actus presentis
notario

232. Die veneris iiii Mensis Julij

Capitulum particulare per Rendos ac ventes dominos Si-
monem a Brzesini Cantorem Laurentium Volsky Ca-
stodem Luceorien Rem in chro pris et domini domini Valeri-
ani Dei gra Epi vilnen thesaurarium canonicum ac ministrum
generalem ac officialem vilnen ac alios quos supra
in precedenti Capitulo fuit tentum et celebratum

233. Concessio Mellis Crudi Mco dno Nicolao
Naruschewicz Magni Ducatus Lithuaniae thesau-
rario Trestri

Eadem die et Capitulo Rendi ac ventes domini qui sup
sic Capitulo per particulari Capitulo tractatum congregati, omnes
unanimi illorum consensu voto et confirmi sententia
Mco dno Nicolao Naruschewycz thesaurario Magni Ducatus

magni Ducatus lithuanie dno Nicolao Naruschewicz ut
interponeret vices suas ad dominam Ducem Kroschinska
occone mille et ducatorum sexagenarum grossorum lithuanica-
tium, ut eliminaret tres advocacias in districtu vlti-
tem Constitutas per sacram Regiam Mtem assignatas
antequam eiusdem Ducis Kroschinska in dicto districtu vpi-
tem tenuta et possessio expiraret eliminaret, et possessio-
nem earundem advocaciarum assignaret, Quindecim
pelnes Mollis Crudi et Comi Molle Capitulari procuratori Ca-
pituli Rndo dno Laurentio Volskij Canco Vilnen
esse dan et donandas decreverunt puti decreto inscripte
pntibus dominis quibus supra et me andrea Stezalko-
wskij eiusdem actus Notario

234. **Die veneris viii mensis Augusti** 1572

Capitulum particulare per Rndos ac ventos dominos
Simonem a Brzezini Cantorem Laurentium Volskij Cu-
stodem Luceorien Rmi in Chro pris et domini domini Valeriani
Dei gra Epi vilnen thesaurarium canonicum anchorem et officia-
tem quatenus vilnen Nicolaum Korzyzna et Stanislaum
Goreczkij Prelatos et Canonicos ecclie Cathedralis vil-
nen in locum solitum ecclie et Capti pro celebrando parti-
culari Capto rebusque et negocijs Capitularibus in eo tractandis
Capte Congregatos fuit tentum et celebratum

235. **Tractatus et quaestio occone arendae bo-
norum Capitularium comm Camieniecz Vorsy-
cze et Strzeschino**

Eadem die Capitulo et dominis quibus supra sic ~~Capto~~
pro celebrando particulari Capitulo rebusque et negocijs
Capitularibus in eo tractandis Capte, Congregatis Quorum
in medio Rndus dominus Laurentius Volskij Custos
Luceorien et Canonicus vilnen suarum dominationum
Rndarum Capti qualis procur allegavit, quod cum Nobili
domino Leone Orzyn occone arende bonorum Capitu-

Capitularium communium vzt Kamieniecz vorszyce et Strzeschi-
no die proxime preterita tractatum habuit, ex quo tracta-
tu cum eodem Nobili Leone Vrzyn, occasione predicte arende habito
cum magnis curis vix prefatam arendam extraxit adquer-
lit annum per quadraginta et sexaginta sexagenas grorum
lithuanicalium per denarios decem albos in grossum unum com-
putan singulis annis immediate se sequen, solvendo ac ad-
manus eiusdem ventis capli seu suarum domini Rndarum capli-
curis, iuxta tenorem arende predicte numeran et tradendo
incipiendo eiusmodi arenda ab anno presenti vzt millesimo qu-
ingentesimo septuagesimo secundo a festo proxime venturo Sancti
Barthomei apli. ad tres annos immediate se sequen. quam
quidem arendam in scriptis, eidem Nobili domino Leoni Vrzyn
sub sigillo capitulari dandam promisit, volens scire a suis
a suis sonibus Rndis si. Zum contractum occasione predicte
arende cum prefato Nobili domino Leone Vrzyn festum pro-
rato et grato habebunt et tenebunt Et Rndi ac ventis
domini qui supra de capitulo, omnes unanimi illorum
illorum consensu voto et confirmi sententia, prefato Rndo
dno Laurentio Volskij custodi Luceoriensi et Canonico vil-
nensi et sui ventis capituli procuratori quali, cum gratiarum actio-
ne pro rato et grato habuerunt, tamquam arende sub sigil-
lo capitulari eidem Nobili domino Leoni Vrzyn dandas
fore decreverunt, in qua arenda omnia et singula
contenta arende predicte specificare mandaverunt. tam
terminum arende a festo Sti Bartholomei apli ad aliud
festum Sancti Bartholomei apli, publicis domibus quibus
supra meque Andrea Strzalkowskij actorum suarum
domini Rndarum publicum et actus publicis Notario

236 **Decretum pro nobili domino Jacobo Michalowski**

Eadem die et capitulo Rndi ac ventis domini qui supra
omnes unanimi illorum consensu et communi decreto consti-

ad aliud festum Sti Bartholomei

constituerunt et decreverunt, ut Nobilis Jacobus Mycha-
lowskij, qui est missus ad bona capitularia communia Kamye-
nyecz Strzeschyn et Vorsyze post fugam datam de Civi-
tate Vilnensi Nobilis Andrea Sulystrowskij prioris
eorundem bonorum Kamyenyecz Strzeschyno et Vorsyze
fictoris, et nulla facta suis dominis de eisdem ac eorundem bo-
norum fructibus et proventibus universis ratione au-
fugit, ut idem Nobilis Jacobus Mychalowskij predi-
ctorum omnium districtum vicinum Camyenyecz Strzeschyno
ac Vorsyze, omnes proventus ac subditos conscribe-
ret conscriptosque Generoso domino Leoni Vrijn
~~tradere~~ ac arendatori eorundem bonorum assignaret
et concederet, cui quidem Nobili Jacobo Mychalow-
skij pro itinere a Strzeschyn ad Camyenyecz quinque
sexagenas gr. lithuanicalium et famulo eiusdem Mycha-
lowskij unam sexagenam gr. eiusdem anni et monetae
lithuanicalis, de communi ere capitulari pro suis ventis
capti dare decreverunt pro tribus dominis quibus supra
meque Andrea Strzalkowskij actorum capitularium pro tribus
suarum dominorum Rendarum et actus pro tribus Notario

it. bonis

237. Die Lunae XXV Mensis Augusti

Capitulum particulare per Rendos ac ventos dominos
Simonem a Brzezin Cantorem Laurentium Volskij Custodem
Luceorien Rmi in Christo patris et domini domini Valeriani
Dei gratia Episcopi Vilnensis Thesaurarium Cancellarium audito-
rem et officialem generalem Vilnensem Thomam Makowiecz-
kij Sacrae Mtis Regis in magno Ducatu Lithuaniae No-
tarium Thesauri Nicolaum Korizna in Kolthiniany et
Stanislaum Goreczkij in Volpa et Poboyisko ecclesiarum
parochialium plebanos, Praelatos et Canonicos ecclesiae Ca-
thedralis Sancti Stanislai Vilnensis in domum muratam
Rendi domini Laurentij Volskij Canonici Vilnensis sue domini

solito residentie ex Convocatione pro celebrando particulari
Capitulo rebusque et negotiis Capitularibus tractandis Capitularitate
Congregatos fuit tentum et celebratum.

238. Questio et tractus occasione bonorum Capitularium
Ecclesie Viteblen in Arenda, dan vel dan. Mco
dno Pallatino Viteblen Dno Stanislao Pacz.

Eadem die et Capitulo ac Rndis dominis quibus supra
pro celebrando particulari Capitulo Congregatis, Quorum in medio
Rndus dominus Laurentius Volskij Canonicus Vilnen et
Custos, Luceorien ecc. Antequam tractari de Arenda predicta
bonorum predictorum Viteblen occasione moverent questionem
et loqui qui et tractari inciperent Rndis dominis
litteras a factore Viteblen Nobili Basilio Missas ac earundem
contenta declaravit in quibus prefatus factor Nobilis
Basilius Bohdanovijz suis dominis de Capitulo consuluit, ne
dicta bona, Viteblen Plebanatus in Arendarum Mco dno
Pallatino Viteblen dno Stanislao Pacz darent. Alle:
gans multas et legitimas Causas in eisdem litteris missi:
libus contentas petens super hoc idem per dnos tractari
in super idem Rndus dominus Laurentius Volskij
Canonicus Vilnen suarum dominorum confrater et Capituli qua:
lis pro ... allegavit Coram suis dominis Rndis et idem
factor Basilius Viteblen, unacum Arendario Tabernae
Viteblen scripserunt ad suam dominum Rndam Quo:
modo Mcus prefatus dominus Pallatinus Viteblen dns Stani:
slaus Pacz. Mandaverat Arendario Tabernae Vi:
teblen, ut illi Mensuras, quibus liquorem vinum Cre:
matum ac Cerevisiam mensuratur propinando ostenderet
et Coram eodem putaret. qui Arendarius predicte
Tabernae, terminum Adavisandum super hoc suas D.
Rndas de Capitulo petierit Idem Mcus dominus Stanislaus
Pacz Pallatinus Viteblen, non attenta eiusdem Arendatoris

25. Aug. 1572. Dartycutare

arendatorum petitione ad taberna vitebleu prae-
dictam, missis certis militibus kozaki dictis ac suis
cubicularijs suis, vi et violenter ad illam taberna
vitebleu capitaneum epercusis eiusdem taberne sera-
culis ac hostijs in eadem taberna vinum crema-
tum liquorem ac cerevisiam, ebiberunt et quod non
ebiberunt vendiderunt ac alia dispersi sunt et de
tunis emiserunt ac alias tunas cum potationi-
bus seraverunt, multaque damna in eadem taber-
na fecerunt, quas iniurias et damna extima-
verunt ad centum sexagenas hi scriptores, plenius
etiam super, per dominos de capitulo tractari et Rmi
ac venerabiles domini qui supra attendentes ea per
praefatum Magnum dominum Palatinum vitebleu patrata et facta
omnes unanimi Morum consensu voto et conforma-
tione bona praedicta vitebleu parochialis non esse in
arenda praefato Magno domino Palatino vitebleu dan-
ex his praesertim rationabilibus causis superius scriptis consti-
tuerunt iuxta violentiam hanc sub hoc tempore contra
edictum dominorum Gubernatorum factam coram eisdem
dominis Gubernatoribus protestam constituerunt, eidem
Magno domino Palatino vitebleu rationem decreverunt
unum vero vicarium ecclesiae cathedralis vilnen atten-
to eo, quia etiam vicarii ad eandem ecclesiam vitebleuse
et eiusdem proventus medios interesse habent, dominum
Mathiam Chmyelyewsky, illic mittendum constituerunt
cui de capitulo unum aliquem Notarium adiungendum
decreverunt, qui illic cum eodem domino Mathia Ch-
myelyewsky, omnes et singulos dictae ecclesiae vitebleu
